



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

Ioannes Hiersdorf Civis Memingensis Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

Tris totos annos ex magnis scripsimus illos
 Authorum magna sedulitate libris :
 Gnauius euoluas foliatim cuncta: sequetur
 Non minus insignis lausq; decusq; tibi
 Qz quondam erranti per mundum cessit Vlyssi
 Aeneaq; pio Thyrsigeroq; deo.

IOANNES HIERSDORF CIVIS MB
 MINGENSIS LECTORI.

Totius hic liber orbis habet mores faciemq;
 Atque hominum quicquid discolor vsus habet:
 More suo quæuis gens est depicta: nec vlllo
 Tale quidem in lucem tempore venit opus:
 Quale vides præsens: breuib; nam plurima: sparsim
 Nempe alias magno lecta labore: tenet
 Hercle tulit multos auctor mihi crede labores:
 Quare illi grates gratus amice refer.

IOANNES CLAVVS PHILEREMVS
 BOEMO SVO.

Multorum trifido populorum quisquis in orbe
 Multiplices mores iurac; nosse volet
 Hunc nitide scriptum multo sudore libellum
 • Sedulus euoluat docte Boeme tuum
 Qui brevis & doctus complectitur vndiq; mores
 Et ritus varios & loca multa soli
 Pluribus e grauib; scriptoribus ista fateris
 Te sumpsisse breui conspicienda libro
 Perpetuas igitur lectores dicere grates
 Debebunt merito docte Boeme tibi.

EIVSDEM AD LECTOREM

Omnia per mundi sinuosi climata mores
 Cunctarum hoc lector codice gentium habes
 Perlege dignanter dedit hosce Poeta Boemus
 • E varijs claris lector amice libris.

GEORGIVS CLAVVS PHILARETVS.

Si totum regionatim peragraueris orbem
 Vt mores hominum noscere mille queas
 Vt mage vel prudens Ithacensi habearis Vlysse
 Certior hoc (credas) non eris ipse libro

A iij